

Articulus XXIII

inseratur.

Ne tamen Praesides habeant, quod congerantur de amissa Salarii sui Parte
praeter summam mille florenorum adhuc ex commatu Iudeorum tem-
pore Nundinarum pro Festo Sancti Dominici celebrandarum eis,
dem summam 1500 florenorum ad augendam et ex Accisa nume-
randam esse censet, quousq' illis de Salario provisum non fuerit.

Reliquum vero ex praemissis Commatibus Arario publico, prout in
Disto Articulo continetur, cedere debere statuit.

Oviando autem damnis eventualibus, occasione hujus Distributionis emanandis,
ne aliquid cum Prajudicio aliarum Civitatum attentetur, praecavet.

Quantum vero Iudei pro Litteris commatus in camera Accisarum solvere
teneantur, Ordines quantocius determinent, et ne ultra Constitutum quan-
tum plus extorqueatur, serio prohibet.

Articulus XXIV

inseratur.